



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sanctissimo Christi Iesu Dei Et Hominis Amore**

**Le Gaudier, Antoine**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Tres modi, quibus Christus potest esse obiectum amoris nostri cap. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50572](#)

T R E S M O D I , Q V I B V S C H R I  
stus potest esse obiectum amo-  
ris nostri.

C A P V T I.

**S**VPERNATVRALIS  
noster erga Chri-  
stum Dominum a-  
mor, triplici in il-  
lum modo ferri potest. Nam  
primo possumus illum dilige-  
re sine aliqua relatione ad na-  
turam nostram humanam, vt  
in se est vnus cum Patre &  
Spiritu sancto verus æternus  
que Deus, suprema bonitas &  
omnis bonitatis fons; qui vt  
eiusdem est cum Patre essen-  
tiæ, potentia, sapientia par-  
ticeps, ita parem cum illo ab  
hominibus exigit cultum, ob-

*t. Et  
Deus est*

A 2 seru an-

## DE AMORE

4

Ioan.

cap. 4.

2. Vt

homo.

Suar. in

3. d. 35.

scđt. 3.

10. 1.

seruantiam & amorem. Spiritus enim est Deus Pater Filius & Spiritus sanctus, & eum non adorare tantum in spiritu oportet, sed & amare. Secundo, si Christi humanitatem praeçisè & abstractè consideremus, contemplando illam solum ut quandam rationalem naturam, sanctissimam & purissimam, summaq; pre-ditam dignitate, possumus ad illam affici, & supernaturaliter eam amare, eritque amor ille rectissimus, etsi illo non ametur persona verbi, sed sola humanitas, quia & ipsa reuera est in se amabilis, & nullum est præceptum quod obliget ad amandum semper

verbum

I E S V C H R I S T I . 5

verbum quoties illa amatur.  
ille tamen amor quamuis sit  
ex charitate, non attingit il-  
lam singularem excellentiam  
amoris super omnia, quo De-  
us amandus est, sed est infra il-  
lum, excedens tamē omnem  
amorem vlliis creaturæ, lon-  
que magis redundat in Deum  
quam amor proximivel amor  
medij in finem redundet.  
Tertio, possumus amare  
Christum vt est Deus & ho-  
mo, siue vt est Deus vnitus  
hypostaticè humanæ naturæ,  
atque adeo, vt in humana na-  
tura ac per eam nouis quibus-  
dam modis suam bonitatem  
manifestat, & diffundit. Et  
quanquam amor in D E U M

3. Vt  
Deus &  
homo.

A 3 noster

noster èò accedere ad diuinū propriùs videatur quo magis spiritualis est, & per pauciora simplicioraque media in eum assurgit: tamen in hac vita ea est humanæ naturæ infirmitas & cœcitas, vt multis egeamus ijsque efficacibus medijs ad hoc, vt immensa illa bonitas, applicata per cognitionem nostræ voluntati, ita vt pars est diligatur, inter quæ nulum est efficacius incarnatio ne Verbi diuini, quæ summæ bonitatis summa communicatio est, qua nullum potuit à DEO in humanum genus vel maius beneficium vel modo præstantiori conferri, vt nec arctiori vinculo se D F V S in homi-

hominum naturam insinuare, nec eam sibi potentius adstringere, quam si eam secum in unitatem personae assumeret. Quare si Christiano cuilibet haec cura debet esse praecipua, debet sane Religiosus totus in id incumbere, ut hoc sibi sui amoris obiectum reddat valde familiare, & erga C H R I S T V M I E S V M Deum & hominem singulari quodam eoq; suauissimo pietatis sensu afficiatur.

—S (\*\* ) S—  
[ F ]